



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Argvmentvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

ARGUMENTVM.

Babylonis, hoc est, Romanæ urbis in fine mundi euersionem, quam superiori capite Angelus veluti in summa perstrinxerat, nunc alius Angelus luculentius explicare agreditur: quam ob causam non necesse est nouum hoc capite commentarium inchoare, sed satis erit persequi præcedens.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

T post hæc vidi alium Angelum descendenter de cælo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius. Et exclamauit in fortitudine, dicens: Cecidit, ceci dit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis voluntatis immundæ, & odibilis: quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, & reges terræ cum illa fornicati sunt, & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt. Et audiui aliam vocem de cælo dicérem: Exite de illa populus meus, vt ne participes sitis delictorū eius, & de plagiis eius nō accipiatis. Quoniam peruererunt peccata eius usque ad cælū, & recordatus est Dominus iniuriam eius. Reddite illi, sicut & ipsa reddidit vobis? & duplicate duplicita secundum opera eius. In poculo, quo miscuit vobis, miscere illi duplum. Quantū glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentū, & luctum: quia in corde suo dicit: Sedeo regina, & vidua non sum, & luctum nō videbo. Ideo in vna die venient plaga eius, mors, & luctus, & famæ, & igne cōburetur: quia fortis est Deus, qui iudicabit illā. Et flebunt, & plangent se super illā reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis yixerunt, cum viderint fumum incendij eius: longe stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes: Væ, vae ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum. Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam: quoniam merces eorum nemo emet amplius, merces auræ & argenti, & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssī, & purpuræ, & ferici, & coeci, (& omnia lignum thyinū, & omnia balæbōris, & omnia vasa de lapide pretioso, & æriamento, & ferro, & masmore, & cinnamomum) & amomum & odoramentorum, & vnguenti, & thalys, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & iumentorum, & ouium, & equorum, & rhedarum, & man-